



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae  
Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica  
aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè  
Lutherana[m], Li-||bri nouem.||**

**Slotan, Johann**

**Coloniae, 1560**

**VD16 S 6745**

Capvt I.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29875**

visum fuerit authoritas. Nam sacramenta ex opere operato, conferre eam gratiam quam significant, non ponenti obicem tota Ecclesia catholica vnanimi consensu affirmat verissimū, eò quòd alioqui non forent signa efficacia.

LIBER QVARTVS.

CAPVT I.



Posteaquam ostendimus apud hæreticos rectum & legitimum sacramentorum vsus non esse, postulat ordo promissus, vt etiam demonstramus apud eos sanam doctrinam non esse. Et quidem quum sanæ doctrinæ præcipuum caput sacra scriptura sit diuinitus inspirata, ipsi autem hæretici nullum ius habeant allegandi scripturas, neque apud eos scripturarum iusta possessio sit, nemini dubium esse potest, quin etiã sana doctrina careant. Quòd autem illis nullū ius competat vtendi scripturis Tertullianus

*Hæreticis nullū ius competit vtendi scripturis*

*Hæretici Christiani non sunt.*

L 5 nus

IOANN. SLO. GEF.

nus in eo lib. quē de præscrip. hæret. vtilissimè scripsit, ostendit, dum docet dispiciendum esse cui competat possessio scripturarum, ne is admittatur ad eandem cui nullo modo cōpetit. Quapropter hæreticos (inquit) probamus sine scripturis, ad scripturas non pertinere. Si enim hæretici sunt, Christiani esse non possunt, non à Christo habendo, quod de sua electione sectati, hæreticorum nomine admittunt. Ita non Christiani, nullum ius capiunt Christianarum literarum, ad quos merito dicendum, Qui estis? quando & vnde venistis? quid in meo agitis non mei? quo denique Marcion iure syluam meam cædis? qua licentia Valentinæ fontes meos transuertis? qua potestate Apelles limites meos commoues? quid hic cæteri ad voluntatem vestram seminatis & pascitis? Mea est possessio olim possideo origines firmas, & ipsis autoribus quorum fuit res. Ego sum hæres Apostolorum. Sicut cæterni uernunt testamento suo, sicut fidei commiserunt, sicut adiurauerunt ita teneo.

Vos

DE

Vos cer  
dicaue  
de aut e  
retici, n  
vnusqu  
Aposto  
lic igit  
dultera  
inuenit  
lib. 4. c  
ctè leg  
enū igr  
lienas c

PO  
se  
apud c  
est, qu  
pturas  
dissent  
quam  
endos  
rū Ter  
mittēc  
cation  
scriptu

DE RETI FIDE ORTH. 80

Vos certè exheredauerunt semper & abdicauerūt vt extraneos & inimicos. Vnde aut extranei & inimici Apostolis heretici, nisi ex diuersitate doctrinæ, quæ vnusquisq; de suo arbitrio, aduersus Apostolos, quos protulit aut recepit. Illic igitur & scripturarū expositionū adulteratio deputanda est, vbi diuersitas inuenitur doctrinæ &c. Irenæus quoq; lib. 4. c. 43. ostendit solam Ecclesiā rectè legere scripturas, hæreticos aut alienū ignē adferre ad altare Dei, id est, alienas doctrinas.

CAPVT II.

**P**orrò si ad solā Ecclesiā spectat possessio scripturarū nō ad hæreticos, apud quos iniusta scripturarū possessio est, quiq; nullū ius habent allegandi scripturas, cōsequitur hæreticos cū in fidei dissentionib. ad scripturā prouocāt, tanquam ad vltimū remediū minimè audiendos esse nec admittendos. Vnde iterū Tertullianus: Non sunt, inquit, admittēdi hæretici ad scripturarū prouocationē, quos sine scripturis, pbam⁹ ad scripturas non pertinere. Si enim heretici

Hæretici  
non sunt  
audiendi  
cum ad  
scripturas  
prouocāt.

tici